

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1236

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

in rebus presumat ledere vel personis. quod qui presumpserit, majestatis nostre offensam se noverit incursum. datum apud Hagenowe 7 marcii, 9 indictionis.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1 nr. 8 or. mb. lit. pat. c. sig. in verso impr. deficiente.*

*Gedruckt nach Briefbuch A fol. 21<sup>b</sup> ibid. bei Schöpflin Als. dipl. I, 374 nr. 479 = Huillard-Bréholles Hist. dipl. Frider. sec. IV, 821. — Böhmer nr. 831.*

5

245. Gregorius IX papa ecclesie sancti Arbogasti in suburbio civitatis Argentinensis site omnia privilegia et bona nominatim in civitate Argentinensi, in Dorholtzheim et Holtzheim sita confirmat. «religiosam vitam eligentibus». ego Gregorius catholice ecclesie episcopus. ego Johannes Sabinensis episcopus. ego Jacobus Tusculanus episcopus. ego Rinaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus. 10  
ego Thomas tituli sancte Sabine presbyter cardinalis. ego Johannes miseratione divina tituli sancte Praxedis presbyter cardinalis. ego Situbaldus tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis. ego Rainerius sancte Marie in Cosmidin diaconus cardinalis. ego Egydius sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis. 15  
ego Otto sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus cardinalis. datum Viterbii per manum magistri Guillelmi sancte Romane ecclesie vicecancellarii 14 kalendas aprilis, indictione 8, incarnationis dominice anno 1236, pontificatus vero domini pape Gregorii noni anno 9. 1236 März 19 Viterbo.

*B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 1700 cop. chart. sec. XV aus dem Privilegienbuch von St. Arbogast fol. 7.*

20

*Gedruckt darnach bei Grandidier Oeuv. inéd. III, 256 nr. 159.*

246. Kaiser Friedrich II nimmt die Stadt Straßburg in seinen besondern Schutz, bestätigt ihr die Privilegien Lothars und Philipps und befreit außerdem ihre Kaufleute von der Grundruhr. 1236 März Colmar.

(C.) : In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus secundus divina 25  
favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex<sup>1</sup>. : augustialis pietatis immensa clementia eorum comodis et honoribus hylariori vultu consuevit intendere, quos in suis obsequiis pia et prompta voluntate desudare cognovit experientia certiori. inde est quod nos advertentes, quam sincero affectu civitas Argentina serviciis nostris se exposuit et qualiter per evidentissima 30  
obsequiorum suorum merita imperialis majestatis sibi specialem induxit gratiam et favorem, ad comunem utilitatem civitatis Argentine pariterque honorem in evum promovendum gratiosum favorem nostrum duximus concedendum, ut exemplo retributionis ejus, quam pro serviciis suis memorate civitati concessimus, alie quoque civitates imperii proniori voluntate ad nostra servicia ferventius animentur. notum 35

<sup>1</sup> Vergl. den im Großen und Ganzen übereinstimmenden Wortlaut von nr. 145 und nr. 174.

sit igitur omnibus tam presentibus quam futuris, quod nos sepe dictam civitatem  
 Argentinensem cum omnibus ejus incolis sub specialem defensionis nostre gratiam  
 recipientes de liberalitate nostri culminis ipsi civitati indulgemus et in evum confir-  
 mamus, ut, ubicunque ipsius civitatis burgenses per totam provinciam Alsatie  
 5 proprietates aliquas sive quascunque possessiones habuerint, nulli licitum sit de hiis  
 proprietatibus sive possessionibus vel etiam hominibus eorum servicium aliquod  
 accipere aut exigere vel etiam cujusquam precarie sive exactionis onus eis imponere,  
 quoniam nos dictam civitatem cum omnibus ejus pertinentiis tam intus quam extra  
 ad speciale obsequium imperii decrevimus reservare. preterea constituimus, tradi-  
 10 dimus et auctoritate imperiali consensuque principum nostrorum confirmavimus  
 institutum et jus quoddam, quod cives idem habuerunt a divis augustis progenitoribus  
 nostris Lotharii et Phylippi Romanorum regibus memorie recolende, ut nunquam in  
 loco aliquo per personam aliquam ecclesiasticam vel secularem eorum aliquis  
 impediatur aut molestetur vel in iudicium trahatur extra civitatem vel prorsus  
 15 cogatur ab aliquo pro sua proprietate seu possessione ibi cuiquam respondere, sed,  
 si aliquis adversus aliquem eorum aliquid questionis habuerit, infra civitatem coram  
 ipsius civitatis iudicibus eum impetat ibique ei respondeat et satisfaciat. presertim  
 eadem auctoritate imperiali concedimus et indulgemus, quod mercatores ipsorum  
 per aquarum decursus cum mercimoniis suis euntes, quocunque locorum navigia  
 20 perveniant, si quo casu contingente rupta fuerint vel ad terram pervenerint, ne  
 periculum naufragii cum rerum suarum dimersione perpessi aliquod in bonis suis  
 idcirco dispendium sustineant vel jacturam, sed tam navigia quam navigantium  
 bona illis reserventur, ad quos spectabant, antequam navigium hujusmodi periculum  
 incurrisset, sublata penitus omni consuetudine locorum. volumus itaque fideles  
 25 nostros cives Argentinenses consistere in omni jure et honore atque constitutione,  
 sicut a divis progenitoribus nostris, avo, patre atque patruo nostro inclitis Roma-  
 norum imperatoribus et regibus eorum fuerunt temporibus sublimati, statuentes et  
 imperiali edicto districte precipientes, quatinus nulli umquam hominum sublimi vel  
 humili ecclesiastico vel seculari hanc nostre donationis seu confirmationis paginam  
 30 licitum sit infringere vel ei ausu temerario contraire. quod qui presumpserit, triginta  
 libras auri componat, quarum medietas camere nostre, reliqua vero passis injuriam  
 persolvatur. ut autem presens concessio et confirmatio robor optineat perpetuo  
 valiturum, presentem paginam conscribi et sigillo nostre celsitudinis fecimus  
 roborari. testes hujus rei sunt: venerabilis Sipheridus archiepiscopus Maguntinus<sup>1</sup>,  
 35 Bertholdus Argentinensis episcopus, Hugo Morbacensis abbas dilecti principes nostri,  
 Hermannus marchio de Baden, Conradus buregravius de Nuerinberc, Fridericus de  
 Zolre, Heinricus de Werde, Albertus de Hauspurc, Liuthegerus de Hohcstaden  
 comites, Burchardus de Geroltsecge, Burchardus et Symon filii ejusdem, Lodevicus  
 de Liechtenberc, Anshelmus de Rapoltsteine, Gerhardus de Wassenberc, Conradus  
 40 de Wintherstet pincerna et alii quam plures.

<sup>1</sup> *Erzbischof Sigfrid III von Eppenstein, 1230—1249.*

∴ Signum domini nostri Friderici secundi dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, (M.) Jerusalem et Sicilie regis. ∴

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1236, mense marcii, 9 indictionis, imperante domino nostro Friderico dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, Romani imperii ejus anno 17, Jerusalem 11, regni vero Sicilie 37; feliciter amen.

Datum apud Columbariam anno, mense, indictione prescriptis<sup>a 1</sup>.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 1 nr. 10 or. mb. c. sig. pend. Unten rechts in verlängerter Schrift die Buchstaben i und m.*

*Gedruckt bei Huillard-Bréholles Hist. dipl. Frider. sec. IV, 818. — Böhmer nr. 829.*

10

247. Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden, daß das St. Thomascapitel und Symund Stehelin ihre Wiesen an der Breusch in Königshofen getauscht haben. 1236 Juni 28.

Gosbertus magister civium et consiliarii Argentinenses omnibus presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. significamus vobis, quod capitulum sancti Thome et dominus Symundus dictus Stehelin prata sua sita in superiori parte Kunigeshoven juxta Bruscam, jure proprietatis ab eis possessa, ad invicem permutarunt petentes a nobis, ut eundem contractum testimonio litterarum nostrarum roboraremus. nos autem justis petitionibus eorum annuentes presentem paginam super dicta permutacione confectam sigillo nostre civitatis fecimus communiri. hujusmodi autem contractui interfuerunt decanus, portarius, Rudolfus plebanus in Eendingen canonici sancti Thome, Fridericus preco de Kunigeshoven, Egelowolfeno, Sifridus gener suus, Burchardus scultetus, Burchardus Judeus et alii quam plures. actum anno domini 1236, in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

*T aus Straßb. Thom. A. Registrande A fol. 10 von einer Hand des 16ten Jahrh. geschrieben.*

*Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 309 nr. 30.*

25

a) Dazwischen sind die Daten 1236, martii und 9 von späterer Hand auf Rasur mit schwärzterer Dinte eingetragen.

<sup>1</sup> Im März desselben Jahres schloß Friedrich II zu Straßburg auch mit Bischof Berthold einen ihren langen Zwist beendenden Vertrag, in dem die Rechte des Domcapitels auf Offenburg wie früher (vergl. nr. 189 not. 1) gewahrt wurden mit den Worten: reservatis capitulo jure patronatus ecclesie et censibus, que ad eorum prebendas ex antiquo pertinnerant ibidem. Unter den Zeugen erscheinen Egelolfus marscalcus et subscripti ministeriales Argentinensis ecclesie: Gutherus de Landesbere, Cono de Bercheim, Eberhardus de Landesbere, Albertus Begero. *Straßb. Bez.-A. G nr. 48 or. mb. c. sig. pend. delapso, gedruckt nach einer Copie bei Schöpflin Als. dipl. I, 374 nr. 480 = Huillard-Bréholles Hist. dipl. Frider. sec. IV, 814. — Böhmer nr. 830.*

35

248. Kaiser Friedrich II schärft Philipp von Reichenberg und den übrigen Richtern im Reich ein, daß sie das Privileg der Straßburger Bürger, vor kein außerstädtisches Gericht gezogen werden zu dürfen, achten sollen. 1236 Juli 13 Augsburg.

5 Fr[idericus] dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicylie rex. Philippo de Richenbere procuratori comitis Henrici de Werda et ceteris iudicibus per imperium constitutis fidelibus suis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. supplicarunt celsitudini nostre cives Argentinenses fideles nostri, ut libertatem ipsis a divis progenitoribus nostris traditam et concessam  
10 per privilegia ac de nostra gratia postmodum renovatam et confirmatam et specialiter, ne extra suam civitatem per vos trahantur ad iudicium, cum in civitate sua iusticiam facere sint parati, salva in omnibus reverentia et iurisdicione culminis imperialis, per vos eisdem observari de nostra gratia mandaremus. nos itaque habito respectu ad devota servicia, que iidem cives hactenus nostre celsitudini prestiterunt  
15 et que exhibent incessanter queque nobis inantea exhibere poterunt graciosiora, eorum supplicationibus inclinati universitati vestre mandamus per optentum gratie nostre firmiter precipientes, quatinus libertatem predictis civibus a progenitoribus nostris divis Romanorum imperatoribus traditam et concessam per privilegia ac de nostra munificentia renovatam postmodum et confirmatam et specialiter, ne extra  
20 civitatem suam trahantur ad nostra iudicia, cum unicuique in civitate sua coram suo iudice iusticiam facere sint parati, salva in omnibus nostra reverentia et auctoritate, reverenter observetis eisdem civibus, ut favorem nostre gratie sibi adesse sentiant et vos possitis per hoc a nostra celsitudine commendari. datum apud Augustam 13 iulii, 9 indictionis.

25 *S aus Straßb. St. A. AA art. 1 nr. 7 or. mb. lit. pat. c. sig. in verso impr. deficiente.*  
*Gedruckt nach Briefbuch A fol. 24<sup>a</sup> bei Obrecht *Rer. Alsat. prodr. p. 296; Schöpflin Als. dipl. I, 378 nr. 486 = Huillard-Bréholles Hist. dipl. Frider. sec. IV, 890. — Böhmer nr. 856.**

249. In einer Urkunde Bischof Bertholds von Straßburg, eine Schenkung  
30 Leutfrids von Landsberg an den Deutschorden betreffend, unter den Zeugen: Hermanno de Erenberc, Cünrado de Wolvahe<sup>1</sup>, Friderico de Hagenowe, Alberto Begerone albo, Burcardo Murhardo vicedomino, Walthero sculteto Argentinensi, Friderico de Ufwilre. acta sunt hec anno incarnationis domini 1236<sup>2</sup>. 1236. *Rein!*

*Aus d. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XXVIII, 97 nach dem Original i. Karlsru. G. L. A.*

35 <sup>1</sup> C[onradus] archidiaconus Argentinensis dictus de Wolvahe ist im Jahr 1235 Schiedsrichter zwischen dem Allerheiligenkloster und den Herren von Schauenburg. Cfr. Grandidier *Oeuvr. inéd. III, 245 nr. 137. Im Jahr 1242 erscheint er als rector ecclesie de Offenburg. Cfr. Würdtwein Nova subs. dipl. VIII, 282.*

<sup>2</sup> Die Urkunde besiegeln u. A. der Straßburger Domprobst Reinhard und der bischöfliche Marschall Egelolf.

250. *Ulrich der Sanger des Straburger Domcapitels entscheidet in Vertretung des Bischofs einen Zehntenstreit zwischen dem St. Thomascapitel und Burchard Spender zu Gunsten des erstern. 1236.*

Ulricus cantor Argentinensis vices domini episcopi gerens in iudiciis omnibus presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. scire vos volumus, quod nos, receptis testibus et eorum attestacionibus publicatis et diligenter examinatis, in causa, que vertebatur inter capitulum sancti Thome Argentinense ex una parte et Burchardum Dispensatorem et pueros fratris sui ex altera super decima quarundam terrarum sitarum in banno sancte Aurelie, que dicebatur per quedam prata fuisse compensata, quia idem *Burchardus* compensacionem factam esse minime conprobavit, predicto capitulo easdem decimas adjudicavimus, prefatum *Burchardum* ad restitutionem fructuum perceptorum condempnantes. quorum quantitas per testes idoneos nobis est declarata, videlicet sex manipuli siliginis et 121 manipuli <sup>a</sup> tritici et duo parvi acervi ordei ad valorem duorum sextariorum. in hujus autem rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam dicto capitulo <sup>1</sup> contulimus testimoniale. acta sunt hec anno domini 1236.

*T aus Strab. Thom. A. Registrande A fol. 5 von einer Hand um 1400 geschrieben.  
Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 310 nr. 32.*

251. *Volknand der Prior der Straburger Dominikaner und Konrad ehemaliger Provinzialprior verfugen uber die Verwendung von vier Schwestern des St. Marz- und des St. Katherinenklosters zu Straburg. 1236 Trier.*

Frater Volcnandus prior fratrum predicatorum Argentinensium et frater Conradus quondam prior provincialis universis presens scriptum inspecturis eternam in domino salutem. notum sit omnibus, quod, cum priorissa et conventus sancti Marci in Argentina nostre fidei et ordinationi commisissent statum et ordinationem quatuor sororum suarum, quarum una est de conventu sancte Katerine, nos de consilio sapientum ita duximus ordinandum, ut soror Sophia propter evidentem utilitatem remaneat in conventu sancti Martini in Treveri, soror vero Margareta permaneat in conventu sororum de Mersh tam diu, quousque per aliam personam ydoneam valeant gubernari, et tunc, si voluerit, sine contradictione remittatur Argentinam cum honore et gratiarum actione, relique due Anna scilicet et ejus socia statim revertantur. actum anno domini 1236 in capitulo provinciali in domo Treverensi.

*C aus Coblenz. Prov. A. or. mb. lit. pat. c. sig. pend.  
Gedruckt darnach i. Mittelrh. Urk.-B. III, 442 nr. 576.*

a) *T* manipulos.

<sup>1</sup> *Probst, Decan und Pfortner des St. Thomascapitels entscheiden 1236 Juli 26 einen Zehntenstreit zwischen dem Haslacher Capitel und dem Pfarrer von Dinsheim. Strab. Bez.-A. G nr. 5224 or. mb. c. 3 sig. pend. laesis (die eine noch leserliche Siegellegende nennt Hugo portarius s. Thome), gedruckt bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 310 nr. 31.*